Damaso suo epo.

usiam intellegen(tiam) non tribus personis unam. ΥΠΟΣΤΑΣΙΝ
dicitis alienum a xpo est. et sub hac confessione uobiscum pa
riter cauterio unionis inurimur. decernite obsecro si
placet. non timebo tres ΥΠΟΣΤΑΣΕΙΣ. dicere si iube
tis condatur noua post nicaenam fides. et similibus uer
bis cum arrianis confitemur orthodoxi. tota saecula
rium litterarum schola nihil aliud ΥΠΟΣΤΑΣΙΝ.
nisi usian nouit. et quisquam rogo ore sacrilego
tres substantias praedicabit una est di sola natura
quae uere est. id enim quod subsistit non habet aliun
de sed suum est. cetera quae creata sunt. etiam si uiden
tur esse non sunt. quia aliquando non fuerunt. et po
test rursus non esse quod non fuit. ds solus qui aeter
nus est. hoc est qui exordium non habet. essentiae nomen
uere tenet. idcirco et ad moysen de rubo loquitur.
EGO SUM QUI SUM. ET RURSUM QUI EST MISIT ME.
Erant utique angeli caelum terra uel maria. et quomo
do commune nomen essentiae proprium sibi uindicat
ds. sed quia illa sola est. in fecta natura et in tribus
personis deitas una subsistit. quae et est uere una natura
est. quisque tria esse hoc est tres ΥΠΟΣΤΑΣΕΙΣ.
dicit sub nomine pietatis tres naturas conatur adsere
re et si ita est cur ab arrio parietibus separamur perfi
dia copulati. iungatur cum beatitudine tua ursinus.
Cum ambrosio societur auxentius. absit hoc romana

License: cc-by-nc-sa – Lyon, Bibliothèque municipale, 788 (olim 706), LyonBM788_135_99R – Fragments of manuscripts from Lyon's cathedral library (https://fragmentarium.ms/view/page/F-u6r6/337/4987)